



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Triapostolatus Septemtrionis

Caesar, Philipp

Coloniæ Agrippinæ, 1642

12. S. Rimbertus vouerat, post mortem S. Ansgarij Monachus fieri, & sit etiam, iam ordinatus Archi-Episcopus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43650

Episcopum, sed tantum ut diximus Palatinæ hoc commissum sit, prudentiæ, donec consecrantium numerus ex Gentibus suppleatur.

CAPVT XII.

S. Rimbertus vouerat, post mortem S. Ansgarij Monachus fieri, & sit etiam, iam ordinatus Archi-Episcopus.

*Fortè pro-
fessionis.*

*Ada'ga-
rius Frater
Corbeiensis
S. Rimb. rto
adiungitur
moderator
Monastica
Regala.*

H Abuit autem hic Sanctissimus vir olim hoc votum de se factum, ut post discessum Domni Ansgarij monachicum mox & propositum acciperet & habitum. Vnde cum consilio consecrantium se Pontificum, mox post ordinationem ad Monasterium nouæ Corbeix properans, vestem quidem illius promissionis ex integro suscepit, conuersationis autem illius promissionem ita fecit, ut conuersationem suam, & stabilitatem morum suorum, & obedientiam secundum Regulam Sancti Benedicti exhiberet, in quantum labor & occupatio suscepti Pontificatus permetterent. Et ut in huius promissionis effectu veraciùs assuesceret, aliquem de Fratibus eiusdem Monasterij sibi præstari rogabat, cum quo, quia ipsi in Monasterio esse non licuit, solatium haberet assiduæ inde meditationis & vsus continendi se, iuxta moderamen regulare quod promisit. Ad quod ei deputari placuit insignem conuersatione virum, gradu Diaconum

conum, nomine Adalgarium, germanum videlicet & æquiuocum Abbatis eiusdem Monasterij, de quo supra diximus. Hic vir venerabilis in conuersationis eius imitatione simul & successionis dignitate adhuc hodie superest, cum multis alijs attestans, quia Sanctus Pontifex, cuius vitam scribimus, nihil ex occasione curæ Pastoralis de Monachica perfectione perdiderit, adeo, vt nullus etiam intra ipsa Monasteria uiuentium, instrumenta bonorum operum, quæ eorum Regula commemorat, æquè vt ipse obseruauerit. Cuius facta quidem vix à nobis explicari possunt; sed cotidianam eius cum Deo conuersationem, & animum cælo semper intentum, nostræ tenuitas scientiæ nequaquam edicere vel saltem perpendere valet. Graue ducebat vllum tempus vacuum absque opere Dei transigere; sed orationi lectio, lectio semper apud illū successit oratio. Et si aliquid accessisset, quod eum ab oratione impedire videretur, semper tamen quæ iusta sunt agens, sine intermissione sentiendus est orasse, vt Beatus docet Augustinus: Illi, inquit, qui in diuino versatur officio, omnia gesta eius dictaque pro oratione reputantur.

CAPVT XIII.

Quomodo S. Rimbertus vigilias & Ieiunia obseruauit.

Vigiliarum vsum moderanter agebat, abstinentiæ modum ita exercuit, vt

K 3

semper

*Hic congre-
ge de .Seri-
ptore vita S
Rimberti.*